



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

63. An Capitulum Sede vacante possit post octo dies, antequam  
Metropolitanus eligat Vicarium, purgare moram, & eligere Vicarium? Ex  
part. 8. tract. 4. res. 71.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

beneficio, qui semper debetur Prelato pro tempore, quo seruiuit, *cap. non licet 2. cap. Episcopus 4. cap. cum secundum 16. cap. dilecto filio 24. de prebend. quibus ita propositis, iudex Apostolicus iuste sententiam protulit condemnatoriam.*

3. A qua sententia, cum fuisset appellatum, & causa commissa per Illustrissimum Collectorem Apostolicum, rei condemnati in libello appellatorio, formarunt articulos vbi deducebant Ecclesiam carere legitimo defensore, sine quo processus non poterat subsistere, *cap. constitutus, ne Sede Vacante, cap. 1. eodem tit. sicut processus minorum sine curatore, l. acta, §. vltim. ff. de re iudic. gloss. fin. in dicto cap. 1. ne Sede Vacante ? sic etiam acta esse nulla ex defectu legitimi defensoris, vt iura Canonica clamant.*

4. Secundo, quia in computis rationum certa quantitas non adfuit, vt erat necessarium, *l. non solum, §. is qui ratioues, ff. de libera. lib. statu. liberum, §. ff. quis non dare 5 ff. de statu lib. Afflic. decis. 157. & quando dabatur error calculi, articuli recipi debebant. l. 1. C. de error. calculi 9. vbi gloss. ff. de administrat. rerum ad civit. pertinet. Bart. in l. 2. C. de iure fisco. l. 10. Garc. forens. 923. n. 3 50 36.*

5. Quibus visis, & receptis articulis erroris calculi iuxta tradita per Escobar de ration. cap. 38. n. 4. cum appellantes non probarent, sententia Auditoris cum Adiuncto confirmata fuit, per aliquot iura allegata, debita enim Episcoporum per Capitulum Sede Vacante, ante omnino solvi debere iudicavimus, anno 1640. Hucusque Themudo. Qui etiam in decis. 75. n. 9. docet Capitulum Sede Vacante teneri elemosinas impartiri, ad quas Episcopi tenentur; & adducit Calderinum, & Tuschum.

## RESOL. LXI.

An intra octo dies, in quibus Capitulum Sede Vacante, cogitur de Vicario eligendo, debeat Archidiaconus jurisdictionem administrare? Ex p. 8. tr. 4. Ref. 36.

§. 1. **R**espondet affirmativè Marcellus Vulpe in *Prax. For. Eccles. cap. 44. num. 30* eo quod ad Archidiaconum spectet dicta iurisdictione, cum ipse sit ipso iure Vicarius, *cap. 1. & cap. ad hac de offic. Archid. & de iure habet jurisdictionem ordinariam, gloss. in c. perlectis, in verb. iurgia dist. 25. nec obstat, quod dicta iura loquantur Sede plena; quia per mortem Episcopi, ea, quæ Archidiacono de iure competunt, ei non auferuntur, Sbroz de Vicar. Episcop. lib. 1. quest. 61. Abb. in cap. dilecto, num. 7. de offic. Archid. Poller. in consuet. Regni. incip. Ad audientiam nostram. n. 75. vbi dicit, ita seruatum fuisse Salerni per Capitulum tempore Sedis Vacantis, ob mortem Cardinalis Seripandi Archiepiscopi, quod Archidiaconus exerceat iurisdictionem, donec à Capitulo fuit Vicarius deputatus; & hoc non sine maxima ratione, cum experientia visum sit, quod in principio Sedis Vacantis multi improbi, audaciores fiunt, & absque Dei, & iustitiæ timore, commisi quod non sit, qui carceribus, & aliis legitimis provisionibus eorum audaciam coercerent & refrænet, cum Capitulum non possit statim se congregare, & malo occurrere, multa scelera & crimina perpetrare non verentur, & exinde perturbationes multa oriuntur & scandala, quibus omnino obviandum est. *Clem. 1. de offic. ord. etiam si leuia, & pusilla sunt, cap. 2. de nov. oper. num. 8. & ad evitanda scandala à iure recedi potest cap. non potest 23. q. 4. & Clem. 1. de par. Ad obviandum ergo insolentis quæ evenire solent, antequam per Capitulum Vicarius deputetur Archidiaconus, qui primam dignitatem, & locum primum in Capitulo obtinet, potest legitime exercere,**

salva tamen decisione Sacrae Concilij Congregationis. Ita Vulpe: cuius sententiam tenet etiam Solorzanus de *Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 13. n. 51. & Valenzuela conf. 101. n. 21. cum aliis.*

2. At, his non obstantibus, contrariè sententiæ adheret Quaranta in *summ. Bull. ver. Capitulum, Sede Vacante, n. 2. vbi ita asserit. Primo dubitatur stante præfixione termini octo dierum, infra quem Capitulum cogitur Vicarium eligere, quis interim administrabit. Respondeo quod quamvis videatur dici posse Archidiaconum debere tunc temporis vices Vicarii sustinere, per text. in cap. 1. in cap. ad hac, de offic. Archid. idque etiam sentiat Iac. Sbroz. in tract. de vic. Episc. lib. 1. quest. 61. tamen quia ex diversis non fit illatio, & dicta iura loquantur Sede repleta, non autem Sede Vacante, quo casu de iure transit in Capitulum iurisdictione vt satis abundè supra scriptum fuit, dicendum puto infra octo illos dies totum Capitulum administrare debere. Ita ille.*

Et vt verum fatear, quia iurisdictione Archidiaconi hodie recessit ab aula, sententiæ Quarantæ adhaerere, quæ firmatur ex his quæ docet Merolla, tom. 3. dist. 7. n. 7. dub. 1. n. 7.

## RESOL. LXII.

An Capitulum Sede Vacante possit restringere tempus octo dierum, statutum à Concilio Tridentino pro Vicario eligendo? Ex parte 8. tractatu 4. Refol. 65.

§. 1. **N**egativè respondet Merolla tom. 3. dist. 7. n. 7. dub. 26. n. 260. quia quamvis in potestate Capituli sit creare Vicarium etiam prima die post Episcopi mortem; non tamen statuere potest, vt intra brevis tempus assignatū à Tridentino debeat illum eligere, ita vt ad id necessitetur; nam cum Capitulum non sit superius se ipso, non potest sibi legem imponere, à qua obligetur, quia lex ligat tantum subditos ferentis, at Capitulum non est subditum sibi ipsi, quamvis quilibet de Capitulo seorsum acceptus, sit Capitulo subditus, & statutis Capituli obligetur.

2. Sed his non obstantibus, aliqui affirmativè sententiæ adherent; & ideo Quaranta in *Sum. Bulla verb. Capitulum, Sede Vacante, q. 12. §. primo dubitatur, in fine, asserit, posse Capitulum Sede Vacante, numerum octo dierum pro Vicario eligendo restringere, breviorē statuendo per text. in cap. Ecclesia vestra, vbi Abbas, not. 1. de elec. & hanc sententiam tenet etiam Genuensis in *praxi c. 88. n. 7.**

## RESOL. LXIII.

An Capitulum Sede Vacante possit post octo dies antequam Metropolitanus eligat Vicarium purgare moram, & eligere Vicarium? Ex parte 8. tractat. 4. Ref. 71.

§. 1. **A**ffirmativè respondet Garcias de *benefic. tom. 1. part. 5. c. 7. n. 7. vbi existimat, quod Capitulum, quod infra octo dies Vicarium non constituit, possit re integra, antequam Metropolitanus eum deputer, moram purgare.*

2. Sed contrarium, & meritò, tenet novissimè Emanuel Themudo in *decisionibus Archiepiscopalis Olyssiponsis, part. 1. decis. 22. n. 5. vbi sic ait: Si Capitulum intra octo dies Vicariū non constituat, devolvitur Vicarij deputatio ad superiorem, vti Conciliū declarat, vbi dicto, omnino, præcisam naturam habet, restrictionē aliquā non patitur, imo importat præcisam*

fam executionem, præcisè cogit ad factum, præcisamque denotat necessitatem, ut multis relatis expressè tenet Cened. præf. 9. singulari 24. à n. 2. præcisè n. 4. & 5. & dicit Tusc. concl. 52. 2. quòd excludit omnem gratiam, misericordiam, & dispensationem, ubi novem conditiones exclusivas affert, ubi etiam concl. 299. dicitur, mirà, quà Concilium vitur, includere tantum sua extrema, dicit, & excludere eas quæ sunt extrema, ita ut si aliquid fieri iubeatur intra decem dies, post illos non possit fieri, quia includit extrema, & excludit ea, quæ sunt extra: unde per Suar. tom. 5. de consur. disp. 18. sect. 3. n. 2. ait Capitulum quòd Sede vacante non constituit Vicarium, tempore, & modo ibi præscriptis, facultate constituendi eum potest. Riccius coll. 1602. initio, & d. 473. tit. de Sede vacante. Quarant. in summ. Bullar. verb. Capit. Sede vacante, n. 3. vers. eisdem.

Attamen Garcia de benef. ubi supra, n. 4. vers. sed respondeo, Riccius coll. 1602. dicunt Capitulum etiam transfactis prædictis octo diebus, posse purgare moram, quia cum Vicariatus non sit beneficium, sed officium quoddam temporale, deolutio deputatio- nis Vicarij, solum intelligitur fieri, ut Metropol. possit Vicarium deputare negligente Capitulo, non autem, ut Capitulo omnino tollatur facultas eum de- putandi, & purgandi moram, & ita deolutio ad Me- tropolitani, solum fit ad effectum, ut possit suppleri negligentia Capituli, quibus respondet Quarant. pro- xime n. 4. quòd quando iurisdic- tio deolutur ad su- perio- rem propter negligentiam, non habet locum poenitentia, quia ipso iure, transfactis octo diebus iurisdic- tio ex Concilio translata est in superio- rem, ubi allegat Gemin. c. fin. n. 8. de suppl. negl. Præl. in 6. unde non obstante opinione Garcia, contraria est magis conformis iuri, quam proculdubio amplecti oportet. Ita Themudo, cui ego libenter adhæreo.

RESOL. LXIV.

Quid determinet Concilium Tridentinum circa crea- tionem Vicarij Capituli, Sede vacante?  
Et an terminus etiam octo dierum currat capitulo à die scientia translationis Episcopi ad aliam Ec- clesiam, quando tamen à summo Pontifice fuerit absolutus à vinculo prioris Ecclesie: Ex p. 8. tit. 4. Rel. 55.

§. 1. IN Concilio Tridentino; quoad electionem Vicarij Generalis, seu Prouisoris, sic, sess. 24. c. 16. sancitum est. Capitulum Sede vacante, officia- lem, seu Vicarium intra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omni- no teneatur, qui saltem in iure Canonico sit Doctor, vel licentiat, vel aliàs, quantum fieri poterit, ido- neus. Si secus factum fuerit, ad Metropolitanum de- putatio huiusmodi deuoluatur. Et si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, ut præfertur negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquo- rum Episcopus in exempta æconomum (de quo in eodem capite habitus etiam fuerat sermo) & Vicarium ido- neos possit constituere. Episcopus verò ad eandem Ecclesiam vacantem promotus ex iis, quæ ad eum spectant, ab eisdem æconomis vicario, & aliis qui- buscumque officialibus, & administratoribus, qui Sede vacante, fuerint à Capitulo, vel ab aliis eius lo- cum tenentibus, etiam si fugerint ex eodem capitulo, rationem exigat officiorum, iurisdic- tionis, admini- strationis, aut cuiuscumque muneris, possit eos puni- re, qui in eorum officio, seu administratione deliquerint: tam si prædicti officiales, redditis rationibus, à Tom. III.

Capitulo vel à deputatis ab eodem, absolutionem ab eodem, aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Episcopo teneatur Capitulum de scripturis, ad Eccle- siam pertinentibus, si quæ ad Capitulum pertine- runt, rationem reddere. Hucusque Concilium.

2. Nota tamen; quòd intra octo illos dies non ardetur Capitulum ad constituendum Vicarium, & successivè potest de per se administrare.

3. Terminus autem præfatus octo dierum currit Capitulo etiam à die scientia translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam, quando tamen à Summo Pon- tifice fuerit Episcopus absolutus à vinculo prioris Ecclesie; & Ioannes Antonius Massobrius in praxi habendi concursus, requir. 1. dub. 9. secundum Roma- nam impressionem, attestatur resolutum esse, Eccle- siam; à qua volens transferretur seu quam dimittit Episcopus vacare ab eo tempore, quo idem Episco- pus ab illius vinculo absoluitur in Consistorio San- ctitatis suæ; etiam ante expeditionem litterarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem secundæ Ecclesie; & posteaquam huiusmodi absolutionis notitiam habuerit, etiam ex testimonio, seu docu- mento Secretarij Sacri Collegij, illico teneri eum abstinere ab exercitio Ordinariæ iurisdictionis, eam- que transire in Capitulum Sede vacante, & ita posse, & debere Capitulum statim ea iurisdictione uti, ac Vicarium iuxta Concilij d. cap. 6. præscriptum eligere, Sedemque vacantem publicare.

Quoad hoc lege supra- latam do- ctrinam Re- sol. 6.

RESOL. LXV.

An eligendus sit pro Vicario Capituli, Sede vacante, Doctor Canonum, si haberi potest sub pena nul- litatis?

Et an in casu, quòd non sit Doctor, possit Capitu- lum in ipso actu deputationis dare ei Consulto- rem Doctorem sibi bene visum, alioquin an pote- rit ipse Vicarius eligere Doctorem Consulto- rem, partibus non suspectum; in quibus opus fuerit?

Et an Doctor Theologus non possit esse Vicarius Ca- pitularis Sede vacante?

Et an Vicarius Episcopi possit esse non Doctor?

Et si Episcopus decesserit relinquit Vicarium non Doctorem, Capitulum non debeat illum confirmare? Ex p. 8. tit. 4. Rel. 56.

§. 1. R Esponder Merolla tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 18. num. 186. Sacram Congregationem in vna Tridentina declarasse, quòd si Capitulum eligit non Doctorem, quando haberi potest Doctor, elec- tio est nulla. Sic refert Garcia tom. 1. de benef. p. 5. n. 10. & seq. Item in vna Macaren. censuit his verbis: Si Episcopus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cum non esset Doctor, Capitulum non de- bet eum confirmare, sed alium, qui sit Doctor, elige- re. Et quamvis in hac secunda declaratione non ex- plicit Sacra Congregatio, an si Capitulum de facto confirmet Vicarium non Doctorem ab Episcopo re- lictum, sit irrita confirmatio: tamen ex alia declara- tione eiusdem Congregationis, clarè colligitur esse irritam, inquit enim, illa verba Concilij, Omnino te- neatur, &c. referri ad vtrumque, scilicet confirman- dum, vel constituendum, ita ut tam confirmatus, quam constitutus habeat qualitates à Tridentino requisitas, aliàs electio est nulla. Adde, quod etiam hoc colligitur ex illis verbis S. Congregationis supra re- latis: Capitulum non debet eum confirmare, nam verbum illud, non debet, præcisam necessitatem im- portat, & actum contra gestum omnino reddit nul- lum: ergo, &c.

Mm

2. Vnde

LA N A  
M N I A  
D. III. IV. V  
E. III